



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Proudere debemus bona coram Deo, & hominibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Prouidere debemus bona coram
deo, & hominibus.*

COram deo tripliciter, sicut,
corde, ore, & opere. Cor
de super omnia ipsum aman-
Exo. 20. do. Vnde ipse in Exodo de decem
præceptis loquens ait. Non habebis
deos alienos coram me. Contra quod
præceptum facit quis tripliciter.
Primo quia alij magis quam deo cre-
dit, sicut Eua quæ magis credidit dia-
bolo, q[uod] domino. Et illi qui potius car-
ni sue uel mudo, q[uod] deo credunt. Secun-
Hier. 17.do quia plus confidit in homine quam
in deo. Hier. Maledictus homo, qui
confidit in homine, & ponit carnem
brachium suum, sicut in rem fragi-
lem uirtutem suam. Tertio quia amat
plus aliiquid terrenum, ut diuitias, &
delitias quam deum. Ephe. 5. Avaritia
est Idolorum seruitus, &c. super qui-
bus uerbis dicit Glossa. Avari deus,
est munus. Et super illud Philippini.
Eph. 5. 3. Quorum deus uenter est, &c. dicit
Glossa. Pater Augustinus. Hoc ab homine
Phil. 3. colitur, quod præ ceteris diligitur.
Augus. Ore, idest nil contra deum iniustum
loquendo. Vnde posuit secundum
præceptum dicens. Non assumes no-

INSTITVTO. 191

men Dei tui in uanum. Contra quod
facit quis quadrupliciter.

Primo , cum quis iurat pro nihilo .

Secundo , cum quis iurat mendacium .

Tertio , cum iurat iniustum .

Quarto , cum iurat in contumeliam
dei , sicut blasphemantes deum .

Opere , idest nihil iniustum operan-

do . Vnde posuit tertium præceptum
dei . Memento ut diem sabbati sancti

fices . Contra quod facit quis triplici-

ter . Primo quia opus terrenum plus

amat propter aliquod lucrum , quam

honorem solemnitatis . Vnde sequi-

tur . Non facies in eo omne opus

tuum , & filius tuus , & filia tua , iu-

mentum , & aduena , qui est intra por-

tas tuas . Secundo , quia festum in-

quinat munditia alicuius peccati . Un-

de dicitur . Memento ut diem sabbati

sanc*ifices* , idest sanctorum conser-

ues , diligenter in eo à peccato cauen-

do . Tertio , cum in peccato priuimi

commis*io* perseverat . Vnde Hiero-

17. Nolite pondera portare in die sab-

bati . Non bene festum obseruat , qui

pondus diaboli in eo portat .

Coram hominibus dupliciter . Primo

facere eis , quæ uolumus nobis fieri ;

iuxta præceptum seruatoris . Pro ut

uultis ut faciant uobis homines , fa-

cite & illis . Ad quod pertinet quar-

Exo. 20

Hier. 17

Luc. 6.

CHRISTIANA

tum præceptum . Honora patrem
tuum , & matrem tuam . Secundo,

Tob. 4 . non facere aliis , quod nolumus no-

bis fieri . Tob . 4 . Quod ab alio o-
dis fieri tibi , uide ne aliquando tu-
liis facias . Ad quod possunt peri-

nere sextum & ultimum præceptum .

Vnde notandum quod tripliciter po-

test quis iniuriari proximo suo . Si-

licet , facto , & hoc tripliciter .

Vel quantum ad ipsam personam ,

quod prohibetur ibi . Non mœcha-

beris . uel quantum ad sua , quod pro-

hibetur ibi . Non dices falsum testi-

monium contra proximum tuum . uel

quantum ad suos , quod prohibetur

ibi . Non mœchaberis . Verbo , quod

prohibetur ibi . Non dices falsum

testimonium contra proximum tu-

um . Voluntate , quod prohibetur

in duobus sequentibus , sicut , Non

concupisces proximi tui domum ,

Nec desiderabis uxorem eius , Non

seruum , Non ancillam , Non ouem ,

Non bouem , Non asinum , Nec

omnia quæ illius sunt . Hoc

pacto igitur debemus

facere bona co-

ram deo , &

homini-

bus .